Tecnológico
de Monterrey

TODAS LAS COSAS TIENEN SU BELLEZA ...
PERO NO A TODOS ES DADO DESCUBRIRLA
Confucio.

EX LIBRIS
SALVADOR UGARTE
CIUDAD DE MEXICO
Nº 5-B

Tecnológico de Monterrey

Tecnológico
de Monterrey

Tecnológico
de Monterrey

¶ HÆC SVNT ACTA CAPITVLA GEN
ralis Bononiæ, celebrati in Conuentu Sancti Dominici
feſto Sanctiſs. Pentecoſtes Anno Domini. milleſimo
quingenteſimo ſexageſimo quarto: Die
vigeſimo Maii.

SVB REVERENDISSIMO PATRE
Fratre Vincentio Iuſtiniano Chienſe Sacræ
Theologię Profeſſore Magiſtro Ge
nerali Ordinis Prędicatorũ Diſ
finientibus Reuerendis Diſ
finitoribus: videlicet.

.re Ioanne Gallo Magiſtro diffinitore Prouintiæ Hiſpaniæ.
..re Petro martyre de Lugano Diffinitore Prouintię vtriuſq; Lombardię.
..tre Angelo Diaceto Diff. Prouintię Romanę.
..re Iordano Criſpo magiſtro Diff. Prouintię Regni.
..re Ioanne Genſerico magiſtro Diff. Prouintię Teutonię.
..tre Antonino Frondelino de Chio cõcionatore Diff. Proui tię Gratię.
..re Aurelio Schilino Brixienſi Inquiſitore Diff. Prouintię erræ.S.
..aimundo Paſchaſio magiſtro Diff. Prouintię Aragonię.
..atre Cornelio de Tabia Diff. Prouintię Pronintię.
..Marino de Brachia Priore Diff. Prouintię Dalmatię.
..atre Nicolao Diaz Diff. Prouintię Portugalię.
..Alphonſo de la Milla magiſtro Diff. Prouītię Bethicę.
..atre Dominicõ Zeghres Bruxellenſe, Diff. Prouītię Germa nię inferioris.
..e Antonio de Martina magiſtro, Diff. Prouintię Sancti Thomę.
..atre Franciſco d Amāthea magiſtro, Diff. Prouītię Calabrię.



POr la preſente damos licẽcia, paraque qualquier impr
deſta ciudad pueda imprimir eſtas Actas de la orden d
cto Domingo. Fecha en tres de Abril, de mill & quin
& ſeſenta y ſiete años.

Fr. A. Archieps Mexicanus.

N NOMINE DOMINI NOSTRI IESV Chriſti, & beatæ Mariæ ſemper virginis & Beati Dominici Patris noſtri, & omnium ſancto rum, & ſanctarum Dei.:.

HAEC SVNT ACTA QVAE IN eodem Capitulo pro conſeruanda Reli gione Deo auctore proponūtur.:.

De Sacri Concilij Triden tini Decretis.

Nprimis quoniam generalis re-
formationis à Sacroſancta Syno
do Tridentina dudum propoſitæ
pars non modica eſt, quæ regulari
bus inſtituitur, eius nos ſanctiſſi
ma decreta omni pietate ſuſcipien
tes, & qua decet obedientia exeq
cupientes, vniuerſis Fratribus no
ſtris tam Prælatis, quàm ſubditis
diſtrictè iniungimus, vt ipſius ſa
ri Concilij Canones, præcipuè qui de regularibus præſcribun-
ur, attentè legant, & ſollicitè obſeruent. At ne quam deinceps
oſsint ignorantiam prætexere omnibus Prioribus, alijsq; no
trorum conuentuum præſidentibus in virtute Sanctæ obedien
iæ præcipimus, vt intra menſem à notitia præſentium ea, quæ in
ltima Seſsione de regularibus, ac monialibus ſtatuta ſunt in cō
muni menſa, ſiue in capitulo publicè legi faciant, & quicquid in
cō muni, vel in particulari in noſtris Conuentibus reformandū
viderint, ſedulò iuxta prædictos Canones conentur exequi.

Quædam verò, quæ potiora, & noſtro inſtituto magis neceſ
ſaria

ſaria viſa ſunt huius Capituli actis inſerere decreuimus.
Mādamus igitur quòd in proximis Capitulis prouintialibus
in qualibet Prouintia noſtri Ordinis celebrandis per Prouintia
lem, ſeu Vicarium & Diffinitores diligenter prouideatur, vt no
ſtris Conuentibus, in quibus literarum ſtudia vigent, & in alijs
etiam, qui ab ipſis idonei iudicabuntur ſacræ Scripturæ lectio aſ
ſignetur ad quam prælegendam, ij potiſsimum aſſumantur, quo
rum doctrina, & fratres, & ſeculares conuenientes ſpiritualē fru
ctum referre poſsint.

Diligenter attendāt Prælati noſtri ordinis, & quicūq; alij Fra
tres omnia quæ circa Reuerendiſsimorum Epiſcoporum obſer
uantiam, à Sancta Synodo fuerunt ſtatuta, & ſi examinare velint
expoſitos ad confeſsiones audiendas, aut promouendos ad ordi-
nes humiliter pateant, neq; ipſis contradicentibus, etiam in no
ſtris Eccleſiis prædicare præſumant.

Et ſi in aliquo horum durius aliquando cum Fratribus nr̃is
agere videantur æquo animo ſuſtineant: nec ſuper ea re quæſtio
nes habeant, aut lites intendant, Cæterum ſi non ferēda grauami
na interim occurrant conſulatur Reuerendiſsimus generalis vel
illius Prouintiæ ſuperior Prælatus, vt ſecundum eorum conſiliū
de opportuno remedio prouideatur.

Denuntiamus oībus Fratribus noſtris Priuilegia olim circa
promouendorum ætatē ordini nr̃o conceſſa à Sancta Synodo re
uocata eſſe. Nullus itaq; in poſterum ad ſubdiaconatus ordinē an
te viceſsimum ſecundū, ad Diaconatus ante viceſsimū tertiū, ad
Presbiteratus ante viceſsimū quintū ætatis ſuæ annū promouea
tur, & nihilominùs ſtatuta alia de vita, moribus ac ſcientia ordi
nādorū inuiolabiliter obſeruētur. Poſt ſuſceptionē verò minorū
ordinū nemo intra annum ad maiores promoueatur, nec ſubdia
conus infra alterius anni ſpatiū ad diaconatum aſcendat, niſi ea
ſit neceſsitas minoſtrorum, quæ patrum conſilio iudicetur, ſuffi
ciens cauſa, vt aliter fiat, & ordinaturo Epiſcopo etiam referatur.

In

In noſtris conuentibus in quibus Fratrum eſt ſufficiens multitudo ſacri altaris Miniſteria etiam minima ab ordinatis miniſtris quoad fieri poſsit, exerceantur. Nulluſq; deinceps ſacris veſtibus indutus ſolemniter Epiſtolam canere permittatur, qui ad eum ordinem non fuerit promotus.

Iniungimuſq; viſitatoribus noſtri ordinis, & ſuperioribus Prelatis, vt ſi in noſtris conuentibus tales abuſus inuenerint: penitus de medio tollant: & delinquētes ſeuerę vindictę ſubijciant.

Quoniam ad extirpandum proprietatis vitium pręcipuè ſancta Synodus intendiſſe videtur, ne quod in fratribus noſtris illius veſtigium ſuperſit, omnibus noſtri Ordinis profeſſoribus, horū ſerie denuntiamus, quòd omnia bona immobilia, & quicūq; annui redditus, vel prouentus vndecunq; aduenire ſoleant: cōmuni noſtri Ordinis vtilitati incorporata, & applicata ſunt, ſicut etiam nos pręſenti decreto applicamus, & incorporamus, & illis conuentibus noſtri Ordinis applicata cenſeantur, quibus ſecundùm Iura, & noſtras conſtitutiones potiſsimum debentur. Quòd ſi in hac cauſa dubium acciderit, cui conuentui applicari debeât, Reuerendiſsimus Generalis, vel ſuperior prælatus illius Prouintię, aut Congregationis, quid in hac parte faciendum ſit, de maturo diſcretorum conſilio quàm citius decernat.

Ad hæc omnes licentias generales ſuſcipiendi, aut expendendi pecunias, ſiue quęcunq; alia abſq; proprij Prioris conſenſu requiſito, vel retinendi, aut conſeruandi pecunias extra commune depoſitū etiam ſi à Reuerēdiſsimo Generali ſint obtentę, ex nūc abrogatas eſſe volumus, & declaramus. Neq; de cœtero eiuſmodi licentię generales abſq; rationabili cauſa alicui concedantur, officialibus conuentuum, qui communia procurant, exceptis. Qui verò à ſuis cōuētibus abſunt, quàm primùm ad eos fuerint reuerſi, proprijs Pręlatis dati, & accepti rationē reddere teneantur.

Prætereà ne in mobilium vſu ſuperfluum aliquid inueniatur, præcipimus in virtute Spiritusſancti, & ſanctæ obedientię omnibus

nibus noſtrorum conuentuum præſidentibus vt intra vnũ men ſem à notitia præſentium omnium ſubditorum (nemine exce= pto) priuatas cellas viſitent, & eorum ſupellectilia conſiderent. Quòd ſi aliquid inuenerint, quod ſtatui paupertatis non conueni at, auferant & communi applicent vtilitati. Deinceps verò fra= tres noſtri ſingulis annis ſua omnia Prælatis exponant, & ſubij= ciant: ſicut in noſtris conſtitutionibus decretum eſt.

Verùm quò deinceps ex cõmunibus bonis conuentuũ faci lius poſsit ſingulorum neceſsitatibus ſubueniri, diſtrictè iniun gimus Reuerendis Prouintialibus, & diffinitoribus Capitulo rum Prouintialium quæ proximè celebranda ſunt vt certum ali quem in ſingulis conuentibus numerum ſtatuant fratrum, qui iuxta domus facultatem cõmodè ſuſtineri poſsint, nec ſine licen tia Prouintialis, aut ſuperioris Prelati illius Prouintię pręfixus numerus augeatur.

Pręcipimus etiam in virtute Spiritus Sancti omnibus fratri bus Monialium noſtri ordinis prępoſitis, vt intra menſem à no titia pręſentium illis omnibus denuntient, priuatos redditus, & prouẽtus, ſi quos habent in particulari, exnunc ſuis conuẽtibus incorpatos, & vnitos eſſe. Studeãt tamẽ dicti ꝑpoſiti, vt ex eiuſ modi prouentibus, q̃ ipſis Monialibus olim erant deſignati: ſic eis prouideatur, ne dum proprietatis ſpeties aufertur, earũ iuſtę neceſsitati vlla ex parte ſubſidium deſit.

Nullus Fratrum noſtrorum ſe alicuius Principis vel Epiſco pi aut cõmunitatis, ſiue cuiuſuis alterius obſequio ſubijciat: vel ad legẽdum: aut prędicandum abſq; ſui Prelati licentia ſuas ope ras locet, alioqui tanquàm inobediens & proprierarius puniatur neq; à noſtris conuentibus, cuiq; abſq; pręſidentis licẽtia recede re liceat etiã ꝑtextu adeũdi ſupiorẽ niſi cùm ab eo fuerit euocatꝰ. Quòd ſi cõtra fecerit tãto tpe pœ1ę grauioris culpę ſubiaceat q̃n to extra cõuẽtũ abſq; licẽtia fuerit cõmoratus. Illi verò qui ſtudio rum cauſa ad vniuerſitates mittuntur in q̃bus ſunt nr̃i ordinis

conuentus

cōuẽtus in ipſis dūtaxat habitẽt, alioqui oĩ gradu acquirẽdo habeantur indigni, & inſuper à Prouinciali, ſiue à Prælato dicti cōuentus iuſta animaduerſione puniantur.

Denuntiamus f̃ribus noſtris profeſsionẽ ante ſextū decimū annū expletū deinceps fieri nō poſſe, & ſi ſecus fiat, irritam eſſe, vt Sancta Synodus decreuit. Mādamus autẽ nr̃orū Cōuẽtuū p̃ſidẽtibus, vt (quo ad fieri poſsit) ad habitū nō recipiant pueros ante quintū decimū annū, & cuicunq; nouitio, cùm ad habitū recipitur, corā oĩbus explicetur, p̃feſsionẽ ad p̃dictum tẽpus eſſe faciẽdā. Quòd ſi pueri āte quartū decimū ānū fuerint aliquando recepti adhuc nr̃a cōſtitutio in capitulo de Nouitijs obſeruetur, vt vltra ſexū decimum annum tres alij menſes ſuperaddantur, in quibus de aſſumendo religionis ſtatu cōmodiùs deliberare queat.

In recipiẽdorū, ſiue nouitiorū donationibus ſiue renuntiationibus ſollicitè oĩa ſeruẽtur, q̃ ſancta Synodus p̃cepit. Ad quoſcūq; igitur cōtractus eiuſmodi faciẽdos ordinarij primū licẽtia requiratur, & ſolùm intra duos mẽſes ante profeſsionẽ fiāt, vt tamẽ cuiuſuis donationis aut renuntiationis prætextu nullum ius ante p̃feſsionẽ acquiſitū eſſe intelligāt. Præcipitur etiā ſub anathematis pœna, ne quippiā etiā ſpōte oblatum à parẽtibus, vel curatoribus nouitiorū præter eorū victū, & veſtitum fratres nr̃i recipiāt. Quòd ſi ætatis prouectæ nouitij ad monaſteriū aliqua detulerit: p̃cipimus nr̃orum conuẽtuū prælatis, vt ea oĩa in cōmuni depoſito ſeruanda reponant, & in libro ad hoc deputato conſcribi faciant addita ſubſcriptione ipſius nouitij, & aliorū duorū fratrū, neq; (etiā de eius licẽtia) ante p̃feſsionẽ expendi poſsint aut alienari.

Circa monialiū clauſurā ſic earū prælecti omneſq; noſtri ordinis fratres ſanctæ Synodi nouū decretū ſeruādū eſſe intelligāt, vt tamen antiqua cōſtitutio Bonifacij Octaui, q̃ nr̃is conſtitutionibus inſerta eſt, in ſuo robore p̃ſiſtat. Quòd ſi aliqui ex fratribus nr̃is quocūq; noĩe cenſeātur ſiue cōſuetudine, ſiue priuilegio, ſiue alia ſpeciali licẽtia, vel cauſa p̃ter eas quæ in nouo decreto, vel an

tiqua

tiqua conſtitutione exprimuntur, aliter ſibi licere prætēderint: à ſancta ſynodo hæc õnia abrogata eſſe cognoſcāt nos etiā quantùm præſenti decreto poſſumus huiuſmodi cõſuetudines, & licentias penitus reuocamus, & inſuper Reuerēdiſſimo Generali cõmittimus, vt omnes (qui circa hoc obrrepſerunt) abuſus ſedulò auferri curet: & in concedendis impoſterùm licētijs multa moderatione vti velit.

Quia vero Sancta ſynodus prohibet, quod ſāctiſſimū Chriſti corpus intra chorum, vel ſepa Monaſterij Monialium cõſeruetur non obſtante quocunq; indulto, aut Priuilegio: mandamus Viſitatoribus, vel alijsq; monialium præfectis, vt in prima viſitatione poſt horum notitiam futura antequā à monaſterio monialium recedant, quod hoc decreto præceptum eſt, ſine vlla excuſatione aut mora exequātur, prouidentes vt quantum fieri poſſit is locus conſeruandæ Euchariſtiæ eligatur, qui exiſtentibus intra chorum monialibus conſpicuus ſit.

Omnia verò, & ſingula quæ noſtri ordinis monialibus conueniēt, earum præfecti ſtudeant quàm diligenter obſeruari, ea præcipuè, quæ circa earum receptionem, & ingreſſum conſtituta ſunt, & ne forſitam aliquam excuſationem, aut ignorantiam deinceps obtendere poſſint, prouideāt Reuerendi Prouinciales, ſiue ſuperiores prælati, quorum gubernationi creditæ ſunt, quod per Fratres idoneos ab ipſis deputandos hæc ſacri Concilij decreta in proprium regionis idioma transferantur cū huius capituli, ordinationibus, quæ ad ipſorum executionem ſunt appoſitæ, & ſingulis conuentibus Monialium ſua exempla trāſmittāt, & cū ad viſitandum acceſſerint de horum obſeruatione diligenter inquirant. Formam quoq; electionis inferius ponendæ diſtinctè, ac clarè in ſingulis Conuentibus monialium explicare ſtudeant, vt ſecundum eam deinceps in futuris electionibus procedatur.

Quæ circa Miſſarum numerū à Sancta ſynodo decreta ſūt exeq cupientes, illius auctoritate noſtro Generali cap. commiſſa

B

in hac parte fungentes, mandamus omnibus Prioribus, & aliȷs
pręſidentibus noſtrorum conuẽtuũ in virtute Spiritus ſancti vt
intra menſem à notitia pręſentium maior Prelatus cũ tribus pa
tribus qui à conſilȷs ſolent eſſe in conuentu omnes miſſas, q̃ def
functorũ teſtamentis relictę & à conuentu fuerint ſuſceptę, vt p̃
petuò, vel ſingulis aut aliquibus diebus determinatè dicerẽtur,
in numerum redigant, & ex alia parte ſimiliter ſummã ſtipẽdȷ
ſiue eleemoſinę q̃ pro qualibet miſſa inſtituta fuit: deide ratione
habita ſtipendȷ ſuſtentationis quod nunc iuxta morem cuiuſq̃
patriæ pro vna Miſſa dignum communi æſtimatione cẽſeretur,
ex illis omnibus certum aliquem Miſſarum numerum in poſte
rum dicendarum ſtatuant, quem inuiolabiliter pręducti cõuen-
tus Fratres poſſint implere ſuper quo eorum conſcientias one-
ramus vt quoad fieri poſſit, ęqua ſit ęſtimatio, cum ad eximen
dos Fratrum noſtrorũ ſcrupulos hoc remediũ maximè neceſſa-
riũ ſit. Et nihilominùs in quotidianis capitulis, & aliȷs ſuffragȷs q̃
extra fieri ſolent; defunctis, qui talia ſacrificia petierunt, coram di
uina miſericordia ſubueniatur.

Atne deinceps huiuſmodi ſuffragiorum, & miſſarum graua
mina noſtris conuentibus imponantur, nulla in poſterũ ꝑpetua
obligatio ad certas miſſas vel ſuffragia admittatur, niſi cui tale
fuerit ſuſtentationis annexum ſubſidium, quod prudentũ iudicio
ſufficiens æſtimetur. Vt verò cum maiori conſideratione omnia
hęc fiant, nolumus quòd huiuſmodi contractus rati habeantur,
niſi prælati, & maioris partis Fratrum conſenſus acceſſerit, &
Prelati oppoſitum facientes à ſuis officȷs abſoluantur. Quòd ſi
alicubi ea eſt conſuetudo vt Prouintialis adhuc licentia requira-
tur: nolumus eam vllo pacto derogari.

Præſidentibus quoquè noſtrorum Conuentuum, & aliȷs
qui huiuſmodi Eleemoſinis recipiendis deputati fuerint diſtri-
ctè præcipimus: quatenus Miſſarum per ſingulos dies adueni-
entium eum numerum duntaxat admittant, quem commodè
poſsint

poſsint īplere, ne vltra modũ grauati occurrẽtibꝰ alijs neceſsitatibus prouidere nequeant, & ne hac occaſione Sacerdotes, aut nõ admodum diſpoſiti aut ex conſuetudine potius quàm deuotionis affectu ad tremendum altare interim accedant.

Quia electionum libertati quàm maximè Sancta Synodus conſultum voluit, admonemus imprimis Reuerendos Prouintiales, & alios ſuperiores, quibus poteſtas dirigendi, & confirmandi electiones commiſſa eſt, vt ea quàm modeſtè vtantur. Quare vbi ſpetialis neceſsitas non fuerit, nullus electoribus proponatur. Quòd ſi neceſſarium exiſtimabunt, non pauciores ꝙ tres pro ſingulis electionibus proponant. Cœterum ſi electores alioqui dignum, quàmuis non de propoſitis elegerint; eam tamen electionem Confirmator diuini iudicij memor, niſi iuſta ſubſit cauſa, confirmare non differat. Quòd ſi circa alterum horum ſeueriori remedio interim opus fuerit, Reuerendiſsimo Generali committimus, vt opportunè ſtudeat adhibere.

Quò verò rectè omnia, & ſine vlla fraude fiant ab eadem ſancta Synodo diffinitum eſt, vt Prȩlati, & officiales deinceps eligantur per vota ſecreta, ita quòd eligentium nomina nunquàm publicentur. In huius ergo executionem præcipimus vniuerſis Fratribus noſtris: vt in futuris electionibus infra ſcripta forma deinceps obſeruetur, & ſi ſecus factȩ fuerint, irritæ prorſus habeantur. Singuli electores in ſchedula ſcribant electi nomen vel ſcribi faciant, eligentis autem nomen nunquàm ſcribatur, nec ſcrutatoribus, nec confirmatori electionis vnquàm reueletur.

Ad recipiendum verò prædictas Schedulas tres ſcrutatores à conſtitutionibus deputati ſedeant, quibus Conuentus poſsit addere quartum, quem electores eligant in Capitulo per Schedulas tribus primis exhibendas, & qui plures habuerit, quanꝙ votanon exceſſerint medietatẽ, ille nihilominùs ſit q̃rtus ſcrutator.

Tecnológico de Monterrey

Quòd ſi duos æqualia vota habuiſſe conſtiterit, ille preferendus eſt, qui fuerit antiquior i ordine, ita quòd ex primo ſcrutinio quartus ille ſcrutator ſemper habeatur: pro ea dũtaxat electione.

Poſtquàm verò predicti tres aut quatuor ſcrutatores ad menſam in cõſpectu omniũ ſederint, Schedulas inuolutas ab electoribus accipiãt, & in vrnã aut capſulã demittãt, nihil aliud reſpicientes, niſi quòd vna tãtùm ab vno exhibeatur. Poſtq̃ oẽs acceperint, in cõmuni effundãt, & legãt, & facta collatione numeri ad numerũ, cùm inuenerint quòd aliquis extra collegiũ aut numerũ eligẽtiũ exiſtens fuerit electus à maiori parte vltra medietatẽ omniũ eligẽtiũ, eius electio rata, & legitima habeatur. Si verò de numero ipſorũ eligẽtiũ aliqs electus fuerit, vt illius electio rata, & legitima habeatur, duo vota vltra medietatẽ adeſſe oportet, ne fraudi locus adſit, & ne poſsit aliqs ſe ipſum eligere. Habito ſchedularũ numero, & collatione facta numeri ad numerum ſchedulæ oẽs i cõſpectu pſentiũ electorũ exurantur: deide in mediũ capitulũ veniẽtes ſcrutatores nomina publicẽt eorũ q fuerũt electi exprimẽtes numerũ votorũ quem vnuſqſq; habuit. Quod etiã faciẽdũ eſt licet nullus fuerit à maiori parte vltra medietatẽ electus, vt ad ſecundũ ſcrutiniũ poſsint dirigi electores. Decretũ vò electionis ab illo q iter ſcrutatores prim9 fuit q̃uis electo ſuũ votũ nõ cõtulerit p hæc verba formetur. Ego Fr. N. vice pſentiũ electorũ eligo Frẽm. N. in Priorẽ. &c. Quòd ſi primus ſcrutator fuerit elect9, ſecũd9 ſcrutator in publicãdo ſcrutinio, & formãdo decreto ſuccedat. Et ea ſolũ q̃ in capitulo publicãtur in decreto electionis ad cõfirmatorẽ mittẽdo ſcribẽda ſunt, ſubſcriptis noĩbus ſcrutatorũ, clauſum verò, & ſigillo munitũ ad cõfirmatorẽ trãſmittatur. Et idẽ modus eligendi ſeruetur in electione Prioris Prouĩtialis, & Magiſtri ordinis, & diffinitorũ Capituli generalis & prouintialis, & locij prioris cõuẽtualis eũtis ad capitulũ puintiale. In reliqs verò oibus q̃ hic nõ expreſſè mutãtur: antiq ſtatuta obſeruẽtur. Socius verò prouĩtialis eũtis ad capitulũ generale

ſiue

ſiue Diffinitoris capituli generalis eodē modo à diffinitoribus ca
pituli prouintialis eligatur, aut deſignetur, ſicut anteà conſueuit
fieri. In receptione quoq; nouitiorū ad habitū ſiue ad ꝓfeſsionē,
& in pſtādo conſenſu in cōtractibus, quæ circa temporalia nego
tia fieri ſolent, nihil innouatū cenſeatur.

Declaramus pręterea vt in illis prouintijs in qbus vel ex Apo
ſtolico indulto vel probata, & iā diu recepta cōſuetudine ꝑter no
mē electi ſolēt apponi alia nomina eorū q ſimul poſtulātur, ea cō
ſuetudo deinceps conſeruetur: & nomina eorū qui poſtulantur,
numerus quoq; poſtulātiū ſimiliter in capitulo publicentur.

INCHOATIONES.

Inchoationū loco, q in ſimiliū capitulorum actis ſolēt pmitti
qntū poſſumus in Dño hortamur: & admonemus oēs Reuerē
dos Prouitiales, Diffinitores atq; alios quoſcūq; nr̄i ordinis plat9
vt à mutatione legū, & multitudine ordinationū abſtineāt, qbus
fratres nr̄i onerari potius ſolēt, q̄ iuuari: ſed oēs animi neruos itē
dāt, vt āti qua ſtatuta ſeruētur, & noui abuſus excīndātur, ꝗ potiſsi
ſimū q i multiplicādis cēſuris, & pceptis iam excreuiſſe videtur.

Quare auctoritate nr̄a oēs ſententias excōmunicationis latæ
ſentētiæ q in nr̄is cōſtitutionibus, vel generaliū capitulorū actis
nō ſunt expſſę, pſentiū tenore reuocamus: pceptis tamē, & ordi
nationibus (quibus erāt appoſitę) in ſuo robore pmanētib9. Et
quoniā i eiuſmodi ſentētijs ferēdis Sācta Synodus modetamē eſ
ſe voluit, dei ceps attēdāt Reuerendi Prouintiales, & Diffinito
res: vt niſi pro grauioribus cauſis quæ præſentaneum exigunt re
medium non imponantur.

Priores etiā cōuētuales, q̄ rariſsimè, & matura deliberatione
cenſuris vti debent, & q in hoc faciles inuenti fuerint a ſuis ſupio
ribus corrigātur. Pręcepta etiā ad mortale peccatū obligātia aut
nulla, aut q̄ pauciſsima fiāt maximè circa eas ordinationes q lō
go tpe ſunt duraturę. In alijs quoq; oibus q ad releuādas ſubdito
rū cōſciētias neceſſaria videbūtur Prælati ſe benignos, & faciles

exhibeant

exhibeāt memores illiꝰ q miſericordiā dilexit pluſq̃ ſacrificiū.

CONFIRMATIONES.

Confirmamus hanc, quòd in capitulo quarto decimo de ſtudentibus Diſtinctione. 2. vbi dicitur. Nec aliquis magiſtretur in Theologia, niſi prius actus exercuerit pro forma, & gradu prædicti magiſterij per quatuor annos ad minus in aliqua vniuerſitate (addatur) vel legitima exercitia fecerit in lectura, & alijs actibꝰ quæ in eadem vniuerſitate, in qua promoueri debet, de iure fieri conſueuerunt. Et hęc habet duo capitula.

Itē confirmamus ordinationem in pręcedentibus capitulis ſepe factam, quòd nouitij in minoribus conuentibus recepti nō retineantur ſoli aut bini in eiſdē conuentibus, ſed ad maiores mittātur, vbi ſaltim in numero ſenario ſub probato magiſtro educari poſsint, à cuius cura iuniores ante quadrienniū nullatenus ſubtrahantur ſalua illarū prouintiarū conſuetudine, in quibus vſq̃ ad Sacerdotiū prædicti iuuenes magiſtris nouitiorum ſubiecti ſunt. Et quoniam hęc ordinatio neceſſaria eſt, pręcipimus inuiolabiliter obſeruari ab omnibus Prioribus noſtrorū conuentuū, & in prima viſitatione proximè futura Priores Prouintiales, & alij viſitatores anteq̃ à minoribus his cōuētibꝰ recedāt, nouitios quos inibi inuenerint iuxta hāc ordinationē ad maiores trāſmittāt.

Itē confirmamus quòd in conuentu vbi ſunt iuuenes ſit aliq̃s lector qui eos doceat grāmaticā, vel artes iuxta eorū capacitatē. Sint etiā in omnibus conuentibus in quibus maiora ſtudia non vigent, lectores caſuū conſcientiæ, & aſsiduè de ipſis collationes fiant, & quòd nullus promoueatur ad Bachalaureatū niſi ſaltim per tres aut quatuor annos in artibus legerit, exceptis ſtudijs Pariſienſi, & Louanienſi: in quibus promouendi conſueta exercitia ab vniuerſa ſtatuta ſeruabunt.

Item confirmamus quòd iam olim à multis capitulis decretū eſt, vt q̃cunq̃ à ſolida ſancti Thomę doctrina receſſerint, nouitates ipſi contrarias verbo vel ſcripto inducentes, ab officio lectora

tus,

Tecnológico de Monterrey

tus, & ab alio quocunq; officio, gradu, & dignitate perpetuò pri uentur, ſuper quo Prouintiales diligentiſsimè inuigilent hoc po tiſsimū tēpore, in quo manifeſtè cōpertū eſt illius doctrinā ſum mopere neceſſariam eſſe.

Itē quòd nullus Prior prouintialis aut conuētualis, nullusuè præſidens ſub pęna ſuſpenſionis ab officio recipiat fratres fugiti uos, aut vagabundos alterius prouintię ſine licentia prouintialis illorū, & hactenus ſic receptos à notitia pręſentiū expellāt. Man dantes omnibus fratribus noſtri ordinis ſub pęna grauioris cul pę, ne quis extra terminos ſuę prouintię aut conuentus pręcicet in noſtris vel in alienis Eccleſiis, aut quęſtū faciat ſine licentia ma giſtri ordinis, aut Reuerendi Prouintialis, aut Prioris, in quorū terminis pręcicare, aut quæſtuare contigerit.

Itē confirmamus aliā, quòd Prouintiales aut Vicarij non poſ ſint pro electione Prioris facienda Vicarios mittere ad conuētus niſi in caſu magnę diſſenſionis eligentiū, vel quando conuentus adeò fuerit deſtitutus, quòd nullus in eo ſit qui electionē dirigere queat, & nihilominus qui ſic miſſus fuerit, voce paſsiua careat in eadē electione, irritū decernentes quicquid ſecus factum fuerit.

Itē quòd tranſlationes filiorū de conuentu in conuentum non poſsint fieri niſi de conſenſu maioris partis filiorum vtriuſq; con uentus reſpectiuè in conuentu præſentiū, ac requiſito etiam con ſenſu Reuerendi Prouintialis exceptis tamē prouītijs deſſolatis.

Itē ꝙ Reuerendi prouintiales earū prouintiarū in quibus nō viget arcta regularis obſeruātia ad petitionē Fratrū arctē regula rē vitā ſeruare volētiū teneantur ſine difficultate aſsignare vnum vel plures conuentus: in quibus ſecundū rigorē conſtitutionū no ſtrarū religioſè viuere poſsint, & ſi prouintiales aut vicarij hoc negauerint, aut ſe difficiles pſtiterit, recurrāt dicti frēs ad. R. magi ſtrū ordinis, q eis ꝓuidebit, ne ſpūm Dei cōtigat extīguí, ꝓuiſo tñ ꝙ nulla ſingularitas ī habit9 forma vel qͣlitate īferaī, & cōuēt9 ſub cura, & iuriſdictiōe ꝓuītialis remāeat, cui añ ſubiect9 erat.

Item

Itē confirmamus,& inuiolabiliter obſeruari pręcipimus, ꝙ
qui de hęreſi vehementer ſuſpecti ante ſex annos abiurauerunt,
vel deinceps abiurauerint non poſsint reſtitui, aut promoueri ad
aliquod officium vel dignitatem noſtri ordinis toto tempore vi
tæ eorum ſed permittantur in humilitate deflere peccatum ſuū,
irritum decernentes quicquid in oppoſitum factum fuerit.

Item confirmamus ordinationes factas tam in Capitulo
Auenionenſi quàm in aliȷs præcedentibus ſuper contributioni
bus ſoluendis Reuerendiſſimo Magiſtro ordinis, tam à Proui
tiȷs quàm ab aliquo ſingulari conuentu, quas omnes præcipimꝰ
deinceps obſeruari.

Itē cōfirmamus ordinationē factā ī eodē capitulo de numero
magiſtrorū ꝓuintię regni quod numerū duodenariū nō excedāt

DECLARATIONES.

Declaramus, ꝙ ſi Priores conuentuales in prouintiales electi
fuerint, ſtatim vt prouintialatus confirmationem acceperint, ab
officio Prioratus cenſeantur abſoluti, etiam ſi talis abſolutio in
literis confirmationis non fuerit expreſſa.

Declaramus quod magiſtri in Theologia, qui in eodem capi
tulo acceptati fuerint aut approbati, inter ſe locum obtineant ſe
cundùm antiquitatem quam in ordine habuerint.

Declaramꝰ ꝙ Prouītiales, q̄ ſuū tēpus expleuerit, aut etiā fue
rint abſoluti, in eiſdē prouintiȷs nō poſsint ad id officiū aſſumi in
fra tātū tēpus, q̄ntū duorū prouintialiū ītegra officia durare ſolēt

Declaramus ꝙ Diffinitores capituli prouintialis ſuā auctori
tatē vltra duos dies ꝓrogare nō poſſunt, ita quòd à die electionis
eorū vſq; ad diē quo illorū auctoritas ſpirat, nūq̄ ſint niſi decē di
es: cùm in cōſtitutionibus nr̄is hic numerus dierū Diffinitoribꝰ
Capituli generalis aſsignetur, & ibidem habeatur quòd capitu
la prouintialia intra prætaxatum numerū dierū terminentur.

Declaramus quòd ſi aliquis Prior cōuentualis in Diffinitorē
capituli Gn̄alis vel in ſociū illius electus fuerit, ſolū ꝓpter abſen
tiam

Tecnológico de Monterrey

tiam à ſuo conuentu abſolui non poteſt, & facta abſolutio irrita habeatur, Quòd ſi aliæ cauſę ad abſoluendum fuerint, Reuerendis Prouintialibus iudicandę relinquuntur.

ADMONITIONES.

Admonemus imprimis Reuerendos Prouintiales vt in conuẽtibus noſtris qui hæreticorum terris ſunt oppoſiti, ſtudeât habere viros doctrina præditos, Dei zelo, & ſpiritu plenos, qui aduerſus infidelium incurſus murũ ſe opponât pro Eccleſia Dei.

Itẽ admonemus Reuerendos prouintiales, vt circa ingreſſum ad monaſteria Monialiũ magnâ cuſtodiâ adhibeant, & quando grauis neceſsitas pro ſui officij executione intrare cõpulerit, vnũ tantum aut duos vt plurimũ ſocios eoſq; graues ſecũ adducant. Inferioribus autem Monialiũ pręfectis ipſi Reuerendi Prouintiales leges pręſcribant, quando eis, & cum quibus ſocijs ingredi liceat: ſuper quo eorũ conſcientias oneramus: vt Fratrũ, & ſororum honeſtati quàm maximè conſultum ſit.

Itẽ admonemus Reuerendos Prouintiales, vt ſi quando Fratres Apoſtatas ad ordinem receperint, qui olim ſcandoloſè vixerunt, ad eos conuentus tranſmittantur, in quorum terris non ſit tam manifeſta pręcedens eorũ infamia etiam ſi aliorum conuentuum ſint filij quorum filiationem non intelligantur amiſiſſe.

Item admonemus, & admonendo pręcipimus omnibus verbi Dei Pręd icatoribus, vt apertè, & animoſè pro fide loquantur aduerſus hęreſes, & ea fidei dogmata conſtanter, & explicitè proponant quę loci & temporis ratio poſtulauerit, & cõtra Chriſtiani populi ſcelera ſtrenuè clament, & inter cœtera blaſphemiarũ, & periuriorum prauitatem frequentiſsimè inſectentur, admoneantq; Chriſti fideles, vt indulgentiarum, & priuilegiorũ quæ ſanctiſsimus D. N. Pius. IIII. nunc conceſsit participes efficiantur, quorum originalia in noſtro diffinitorio exhibita fuerunt.

Item admonemus omnes pręfectos, & confeſſores Monialium, vt vnuſquiſq; ſibi ſubiectis denuntiet Reuerendiſsimũ ma

 giſtrum

giſtrum ordinis ſtatuiſſe, vt nulla ſoror ante quatuor annos à profeſsione computandos ad electionem Prioriſſę deinceps admittatur.

Itē quòd nulla ſoror noſtri ordinis alicui Sacerdoti regulari, ſiue ſeculari extra obedientiam noſtri ordinis conſtituto confiteatur abſq; expreſſa licentia proprij pręſidentis, & quę cōtra feciſſe deprehenſę fuerint, ſeuerè corripiantur. Admonemus tamē omnes earum præfectos, vt ſtatutum ſacri concilij de extra ordinarijs confeſſoribus mittendis diligentiſsimè obſeruetur.

Admonemus etiam Reuerendos Prouintiales, vt cùm celebrandę electionis in conuentu aliquo tempus inſtat, etiamſi priori, menſis vnus ſuperſit ſui officij, maximè abſtineant à mutationibus Fratrum in dicto conuentu in quo inſtat electio, niſi in his caſibus, qui noſtris conſtitutionibus exprimuntur, ne propt̄ hoc eligentium liberati aliquod pręiudicium fieri videatur.

ORDINATIONES.

Ordinamus imprimis quòd in omnibus conuentibus noſtri ordinis bis aut ter in anno Conſtitutiones noſtrę in cōmuni menſa legantur, & diligenter attendant Pręlati, ne contra eas abuſus aut conſuetudines pręualere incipiant, ſuper quo Prouintialium & viſitatorum conſcientias oneramus, vt ſi quos Priores aut pręſidentes inuenerint, qui abuſus inducant, aut conſuetudines, noſtris legibus contrarias in communi tolerant, in pęnam ab officijs abſoluant, & omnibus fratribus noſtris ea cura maxima ſit regularis diſciplina ſicubi collapſa eſt ad priſtinum ſtatum reſtituatur.

Item ordinamus quod omnes ceremonias quę ad Altaris miniſterium & ad alia diuina officia ī noſtris ordinarijs notatæ ſunt diligenter obſeruentur, & in eis addiſcendis, & exercendis iuuenes inſtituantur, & quoniam ex noſtris rubricis dubia multa ſolēt oriri curet Reuerendiſsimus Generalis, vt pe... atres ab ipſo deputandos apertius omnia explicētur, quo in ſacro illo altaris miniſte

niſterio maxima vniformitas inter fratres noſtros vbiq; appareat. Veſtium quoq; ſacrarum, & corporalium quoad fieri poſſit, eadem ſit forma, & ea puritas, quę tantum decet ſacrificium.

Item ordinamus, vt in examinandis, & exponendis confeſſoribus, & prædicatoribus magna diligentia adhibeatur, & ſecundum Priorum diſcretionem non niſi in ætate matura ad audiendas confeſsiones extraneorum aliquis exponatur, neq; liceat eis mittere iuuenes nō Sacerdotes ad p̄dicandum etiam in villulis infra ætatem vigintiquinq; annorum, & qui contrarium permiſſerint grauiter puniantur. De cętero etiam fratres noſtri, & maximè iuuenes neq; ſine ſocio à pręlato deputando, nec ſine teſtimonialibus literis à ſuis conuentibus recedant, quas pręſidentes conuentuum ad quos declinauerint legere teneantur.

Item ordinamus vt in promouendis ſtudijs noſtris ſollicitos ſe prębeant Reuerendi Prouintiales, & in eis reformandis ſedulo inuigilent, prouideantquè imprimis vt tēporis ad ſtudendum præfixi maior pars Theologię quam artibus impendatur. Item in generalibus ſtudijs duę lectiones de ſententijs, aut de partibus Diui Thomæ ſemper habendæ ſunt, nec ſolùm ſpeculatiua, ſed etiam moralia à lectoribus pręlegantur, & prætextu lectionis ſacrę ſcripturæ de qua ſuperius ſtatutum eſt circa ſtudia Scholaſticæ Theologię nihil penitus immutetur.

Item ordinamus quòd in publicis diſputationibus quæ deinceps in noſtris capitulis generalibus, aut prouintialibus habēdæ ſunt, aſſertiones proponantur de pertinentibus ad ſacram ſcripturam ſiue ad Theologiam moralem aut ſpeculatiuam. Alia verò quę curioſitati ſunt potius quàm vtilitati aut paci inſerant, aut omnino prætermittantur.

Item ordinamus, quòd quando in aliquo prouintiali capitulo prouintialis electio facienda occurrit, ipſa electio prouintialis in principio Capituli celebretur, is verò qui tempus prouintialatus officij tūc expleuerit, in Diffinitorē eiuſdē capituli eligi nō poſsit

Item quoq; qui in vno conuentu fuerit electus ſemel in ſociũ Prioris conueutualis euntis ad capitulum prouintiale in eodem conuentu non poſsit eligi in ſocium prioris pro capitulo prouintiali immediatè ſequenti, & ſi ſecus fiat irrita electio cenſeatur.

Item ordinamus, & præcipimus in virtute Spiritus ſancti, & ſanctę obedientiæ ne de cętero Frater aliquis cuiuſcunq; gradus, & conditionis ſcribere pręſumat per ſe vel per alium criminatorias literas, vel de grauioribus negocijs ad quaſcunq; perſonas intus vel extra ordinē cōſtitutas ſine ꝓprij nominis ſubſcriptione, & qui in hoc deprehēſus fuerit pęnę grauioris culpę ſubijciatur.

Itē ordinamus, & præcipimus in virtute Spiritus ſancti, & ſanctę obedientię Reuerendis prouintialibus, Vicarijs, prioribus, ſeu Præſidentibus quibuſcunq; noſtri ordinis: ne permittāt q fratres in conuentibus noſtris, ſiue ſorores in monaſterijs deinceps comędias ſiue repręſentationes faciant cuiuſcunq; generis habitu mutato, oppoſitum verò permittentes à ſuis officijs in pęnam abſoluantur. Ordinamus item, quòd de cętero nullus conuerſus ſub habito albo in noſtro ordine recipiatur, nec eis detur licentia vt Clerici fiant abſq; digna & rationabili cauſa, quā Reuerendiſſimus magiſter ordinis iudicet: qui ſolus huiuſmodi licentiā poteſt concedere.

Item ordinamus, quòd ſi in aliquibus prouintijs, aut conuentibus certa pecuniæ ſumma conſueuit aſsignari Fratribus pro eorum veſtibus, eiuſmodi conſuetudines penitus aboleantur, & ex nunc abolitas eſſe declaramus. Prouideant tamen prelati, vt ſecundùm facultatem domus neceſſaria ſubminiſtrētur, ſuper quo diligentiam adhibeant viſitatores, cùm ad eos conuentus viſitandos acceſſerint.

Itē ordinamus, q in cōuentibus in quibus defunctorū lectiones dñicis diebus dici ſolent. propter hoc hora nona ante prandium nullatenus dicāt, ſed tpe cōſueto. Curā etiā habeant ꝑlati, vt orationes q̄ in ſilētio haberi ſolēt à toto cōuētu poſt cōpletoriū,

&

&poſt matutinas, aut nonam pro tẽpore, ſi alicubi in deſuetudi
nem abierunt omnino reſtituantur.

Itẽ ordinamus, ꝙ in nr̃is cõuẽtib9 in q̄bus hucuſq; pro cõmu
ni depoſito certus locus nõ hr̃, intra breue tẽpus à viſitatoribus
deputãdũ certus aliquis locus ſtatuatur, in quo priuilegia, & aliæ
ſcripturæ neceſſariæ ſub tribus clauibus cõſeruẽt, & ſi quãdo in
de ꝓ neceſsitate cõuẽt9 fuerint ꝓductę, ꝙ̃ citius reponãtur, neq;
in cella prioris aut Syndici niſi ꝑ tp̃e neceſſario retineri poſsint.

Item ordinamus, quòd feſtum ſanctæ Coronę Domini cele
bretur ſub totius duplicis ſolẽnitate die ſeptima Aprilis.

Itẽ ꝙ feſtũ btẽ Barbaræ, & btẽ Dorotheę eiſdẽ illis dieb9, q
bus eatũ feſta celebrari ſolẽt ſub toto duplici deinceps celebrẽt.

COMMISSIONES.

Cõmittimus. R. Prouintialibus prouintiarum quæ ſolent ex-
teros recipere in eorũ prouintijs gratia ſtudij, ne noua grauami
na eis imponant cũ ca veſtes, & alia quæ occurrere ſolent, quan
diu in prouintijs degunt, ſed ſeruetur is mos, qui hactenus ſerua
tus eſt, vel eos in ſuis prouintijs non recipiant.

APPROBATIONES.

In prouĩtia Bethica magiſteria fratrũ Vincẽtij Carrillo, Anto
nini de Leõ, Hieronymi de Mẽdoza, Georgij de la fuẽtẽ, Grego-
rij de Caſuella, Laurẽtij Figueroa, & Petri Arias. Et p̄ſentaturas
Frũm Michaelis de Lara, Auguſtini Salutio, Andreæ Romero
& Martini Cano.

PROVISIONES STVDIORVM.

In ſtudio Cordubenſi prouintię Bethicę in regentem fratrem
Alphõſum Carrillo magiſtrum, in magiſtrũ ſtudij fratrem Al
bertum de Aguayo.

In ſtudio Hiſpalẽſi, in regẽtẽ F. Nicolaũ de Salas magiſtrũ, in
magiſtrum ſtudij fratrẽ Thomã Duran quẽ aſsignamus in eodẽ
conuentu, vt legat Theologiã pro forma, & gradu magiſterij. &
completo tertio anno ſuæ lecturæ promoueatur ad magiſterium

quem

quem nunc pro tunc exponimus.

In ſtudio Xiticienſi in Regentem fratrem Antoninum de Leon magiſtrũ, in magiſtrũ ſtudij fratrẽ Laurentium de la Flor.

In ſtudio Granatenſi in Regentem fratrem Antoninum del Barrio præſentatũ, i magiſtrũ ſtudij fratrẽ Michaelẽ de Toledo.

In ſtudio Gienẽſi in Regentem fratrem Antonium de Leon præſentatum in magiſtrum ſtudentium fratrem Hieronymum de Aguilera.

LICENCIÆ PROMOVENDORVM

In prouintia Bethica, ad magiſtrum fratrem Vmbertum de Villadan, fratrem Franciſcum de ſancta Cruce, fratrem Gundiſaluum Sauariego, fratrem Ioannem de Spinoſa, F. Gundiſaluum de Arziniega, F. Auguſtinum Salutio, & F. Petrum Lopez de Garfias, ad præſentaturam Fra. Chriſtophorum de Ayora, F. Thomam Duran, F. Albertum Aguayo, F. Bartholomeum de Aguilar, F. Dominicum Martinez, & F. Franciſcũ Maldonado.

SVFFRAGIA PRO VIVIS.

Pro ſanctiſsimo, D. N. PIO quarto quilibet Sacerdos vnam miſſam.

Pro Auguſtiſſimo Imperatore, & ſereniſsimis Regibus, & Principibus Chriſtianis.

Et ꝓ pace iter eos ſeruãda, & ꝓbono ſtatu Reip. chriſtianæ.

Et pro magnifica, & generoſa hac ciuitate Bononienſi de noſtra religione benemerita quilibet ſacerdos vnã miſſam.

Inſuper conuentus quilibet pro his Regibus principibus, & cõmunitate ſub quorũ ditione cõtinentur vnã miſſam dicat.

Pro illuſtriſsimo & reuerẽdiſsimo D. Cardinali Morono protectore ordinis noſtri quilibet ſacerdos vnã miſſam.

Pro illuſtriſs. D. Cardinali Lotharingo, & illuſtriſs. D. Cardinali Peruſino ordinis vice protectore qlibet ſacerdos vnã miſſam

Pro illuſtriſs. D. Card. Boromeo qlibet ſacerdos vnã miſſam

Pro

Pro illuſtriſs. D. Cardin. Alexādrino, & alijs prælatis ex ordine noſtro aſſūptis quilibet ſacerdos vnā miſſam.

Pro oībus benefactorib9, & his qui recepti fuerunt ad bñficia ordinis per R. Gñalē, & pro his q i in hoc capitulo beneficia, & eleemoſinas cōtulerūt qlibet Sacerdos vnā miſſā.

Pro ſtatu & reformatione nři ord. ac R. magiſtri gñalis cū ei9 ſocietate, ac etiā ꝓ R. ꝓcuratore ord. qlibet ſacerdos vnā miſſā.

Vbi imponitur ſacerdotibus vna miſſa, Clericis ſemp Letaniæ, conuerſis verò, & laicis decies Pater noſter imponūtur.

SVFFRAGIA PRO DEFFVNCTIS.

Pro anima R. D. Cardinalis D. Matthei de Vrſinis, ex ordine nřo aſſumpti, qui perpetuam eleemoſinam noſtro capitulo generali in ſuo teſtamento reliquit, quilibet Sacerdos vnam miſſam, clerici ſeptem Pſal. pœnitētiales. Conuerſi. 25. Pater noſter

Pro animabus fratrum, & ſororum noſtri ordinis quilibet ſacerdos vnam miſſam, clerici & laici vt ſupra.

Pro animabus eorum quidum viuerēt per literas Magiſtri ordinis recepti ſūt ad beneficia ordinis atq; alijs benefactoribus quilibet ſacerdos vnam miſſam, clerici ſeptem pſal. pœnitētiales Conuerſi & laici. xxv. pater noſter.

Concedit R. Magiſter ordinis omnibus Diffinitoribus huius capituli quod vnuſquiſq; eorum poſſit recipere ad ordinem, & gratias eius, vnum ex his qui vſq; ad hanc diem fuerunt Apoſtatæ, aut damnati ad pœnas grauioris culpæ ſuæ prouintiæ, & in ſua prouintia tantum, non tamen ſuſpectum de fide.

Concedit idem R. Magiſter ordinis omnibus fratribus, & ſororibus ordinis quod ſacerdotem noſtri ordinis alias ad confeſſionum audientiam expoſitū, ſibi in confeſſorem tantum vna vice eligere, & ab eodem de præteritis vſq; ad præſentiū notitiā caſibus, peccatis, exceſſibus, & cenſuris omnibus abſolui poſſint, à quibus ſua. R. paternitas abſoluere poſſet.

Man

Mandamus Acta Capituli huius per R. Diffinitores diligenter conſcripta, & correcta atq; ordinis ſigillo ſigillata ad ſuas prouintias deferri, & publicari diligentia Prouintialium: quod & ipſi Prouintiales ſine mo exequantur, in virtute Spiritus ſancti, & ſanctæ obedientie mandamus & præcipimus.

Capitulum ſequens quod erit Diffinitorum ſecundum aſſignamus in conuentu Antuerpienſi prouintiæ Germaniæ inferioris hinc ad tres ãnos, videlicet. 1567. in feſto ſanctiſſ. penthecoſt.

FINIS

F. Vincẽtius Iuſtiniamus
Gen. Magiſt. ord. præd.

¶ Impreſſa ſunt hæc Acta, Mexici apud Petrum Ocharte Typographum, Anno Domini 1567. Die quinta decima menſis Aprilis.:.

Tecnológico de Monterrey

Tecnológico
de Monterrey

Tecnológico
de Monterrey

Tecnológico de Monterrey

Tecnológico
de Monterrey